UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXXI. Bononien. fideicommissi de Piætesiis. De cessatione fideicommissi ob annullationem vel rescissionem testamenti ex causa exhæredationis, vel præteritionis filiorum susceptorum ex ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74060

Visual Library

lemcumque diſpoſitionem ſufficere, ut punctualiter firmatur per Rotam *apud Gregor. dicta deciſ. 446. num. 12.* Si enim ubi ageretur de omnimoda revocatione prioris teſtamenti confecti ex aliqua indignatione erga ſucceſſores ab inteſtato juxtà unam opinionem magis probabilem canonizatam per Rotam *apud Greg. dicta deciſ.* 446. & de qua cæteris relatis *apud Fontanell. deciſ.* 50. ſufficit etiam non ſolemnis declaratio revocationis teſtamenti pro deceſſu ab inteſtato, non obſtantibus deductis per *Gratian. diſcep.* 558. & 763. utpotè ſcriptis in dicto caſu, in quo contraria prodiit reſolutio, de qua *in dicta deciſ.* 446. *Gregorii*, undè propterea intrat vera propoſitio, de qua *Franch. deciſ.* 260. *num.* 5. & 6. quod quando allegantur auctoritates Conſulentium, ſeù ſub nomine diſceptationum, vel controverſiarum ſcribentium ad cauſam, oportet indagare deciſionem in eo caſu editam, & advertitur in dicta ſua materia *ſub tit. de teſtamentis*, præſertim in una *Farfen.* Multò magis, ubi non immutata ſubſtantia, firmoque remanente priori teſtamento, agitur ſolùm de remiſſione ſervitutis & oneris, ut juxtà naturæ ordinem bona filiis libera remaneant, potiſſimè verò ſtante expreſſa declaratione, quod iſtud onus adjectum eſſet calore
8 iracundiæ, ex quo diſpoſitio neque obligatoria eſſet explenè deductis *per Altograd. conſ.* 55. *lib.* 1. Quidquid enim ſit de iſta concluſione, quæ plura exigit rarò verificabilia, ut ad praxim deducatur, ut advertitur in dicta ſua materia *ſub. tit. de teſtamentis, in Romana teſtamenti de Ludoviſiis*, ubi agitur de hoc puncto nullitatis teſtamenti confecti calore iraçundiæ, attamen negari non poteſt, quod ubi de hoc non agitur principaliter, ſed ità incidenter atque pro ſolo adminiculo veritatis, id ſit nimium conſiderabile.

Et nihilominus, ad effectum de quo erat diſputatio, ſufficiebat ex his dictam exceptionem fideicommiſſi non eſſe omninò claram, ſed aliqualiter dubiam, ac altioris indaginis, ut propterea apta
9 non eſſet impedire hoc poſſeſſorium interdictum, ut in ſpecie firmatur *apud Seraph. deciſ.* 1200. *nu.* 6. *apud Buratt. deciſ.* 853. *nu* 3 *deciſ* 174. *num.* 16. *par.* 11. *rec. & frequenter*; Clarius verò addita alia turpiditate ab eo reſultante, quod poſito etiam dicto fideicommiſſo pro certo, niſi doceretur de præcedenti conſumptione legitimæ & trebellianicæ, & crediti dotium maternarum, in iſtas detractiones hæc alienatio refertur, & conſequenter poſito etiam fideicommiſſo ſubſtinetur juxtà ſatis vulgarem, & quotidianam regulam deductam *ex l. Marcellus ff. ad Trebell.* de qua *per Adden. ad Greg. deciſ.* 580. & paſſim, cum nil in Rota & Curia frequentius.

BONONIEN.
FIDEICOMMISSI
DE PIATESIIS
PRO
COMITIBUS PIATESIIS.

Reſponſum pro veritate.

De ceſſatione fideicommiſſi ob annullationem vel reſciſſionem teſtamenti ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis filiorum ſuſceptorum ex ſecundis nupiis poſt teſtamentum contractis, ad materiam *text. in Auth. ex cauſa C. de liber. præterit.* Et quid de legatis, & fideicommiſſis particularibus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Filii ſuſcepti ex ſecunda uxore habita poſt teſtamentum dicuntur ignoranter præteriti.*
3 De *infirmatione fideicommiſſorum univerſalium & particularium, ac etiam legatorum ob præteritionem ignoranter.*
4 *Quid ubi agitur de gravamine injuncto aliis filiis, & num.* 6.
5 De auth. ex cauſa, *an procedat in fideicommiſſis univerſalibus, ſicuti in particularibus, & in legatis.*
6 *Declaratur concluſio, de qua num.* 4.
7 *Vbi teſtator procreatis filiis potuit mutare teſtamentum, & non fecit quæ conjectura exindè exſultet.*
8 De *rationibus, quæ conſiderari poſſunt, cur filios natos gravare voluerit, & non naſcituros.*
9 *Contemplatio agnationis facit, ut ſubſtineantur gravamina filiorum poſteà ſuſceptorum.*
10 De *ſuppletione voluntatis teſtatoris, quia minus ſcriptum quàm volitum.*

DISC. CLXXXI.

ALexander de Piateſiis mortua prima uxore, in ſtatu viduitatis exiſtens, ſolumque habens 1
filium Octavianum Franciſcum Mariam, condidit teſtamentum, in quo dictum ejus filium, omneſque ejus deſcendentes maſculos inſtituit & ſubſtituit, atque defecta præfati ejus filii linea maſculina, vocavit Piſtoilam ex Carolo fratre neptem, & poſt eam ejuſdem Piſtoilæ primogenitum cum ſucceſſivo fideicommiſſo in infinitum, dictiſque primogenitis non extantibus, vel eorum linea defecta vocavit Joſephum Antonium, & Andream fratres de Bolognettis, omneſque eorum deſcendentes maſculos in infinitum ſub gravamine habitandi in domo, ac aſſumendi cognomen & arma teſtatoris pro conſervatione Caſatæ; Addita etiam prohibitione alienationis repetita ratione conſervationis bonorum, ac ſubſtentationis caſatæ in omnibus ſub pœna caducitatis; Cum autem poſtmodum teſtator convolaſſet ad ſecundas nuptias, ex quibus habuit ſuperſtites duos filios maſculos, nempè Carolum Mariam Nicolaum, & Octavianum Antonium Mariam; Hinc dubitari contigit, an per iſtorum nativitatem ruptum eſſet dictum teſtamentum, itaùt bona remanerent libera penès filios dicti ſecundi matrimonii uti venientes ab inteſtato, & ſolùm ſuperſtites, ſtante obitu filii ex primo matrimonio, vel potius cenſerentur dicto fideicommiſſo etiam gravati.

Deſuper autem pro veritate conſultus, Reſpondi videri pro excluſione fideicommiſſi bonorumque libertate reſpondendum eſſe, dum filii ex ſecū- 2
do matrimonio nati, abſque dubio dicendi erant

ignoranter præteriti, ſtante quod teſtator de tempore conditi teſtamenti adhùc non duxerat ſecundam uxorem, ideoque non potuit ſcire habere hos filios, ut in individuo filiorum habitorum ex ſecunda uxore poſt teſtamentum ſuſcepta, eſt *conſ.* 13. *Gabr. lib.* 1. & agit etiam *Theſaur. lib.* 2. *q. forenſ.* 70.

Data verò præteritione ignoranter, quicquid noſtri dubitaverint, Verior magiſque recepta eſt opinio ut *Bart.* diſpoſitio *Auth. ex cauſa C. de liber. præter.* non intret, ſivè de fideicommiſſo univer-
3 ſali, ſivè particulari, ſivè de legatis agatur, ut conſtat ex inferius allegandis, ac verè eſt propoſitio, ad quã comprobandam tyronis, vel inexperti cathedratici potiùs quàm verſati forenſis opus eſſet auctoritates congerere, dum tanquam certa regula conſtitui poteſt, quæ tamen ſuas recipit limitationes.

Et in individuo fideicommiſſi univerſalis ordinati ad favorem deſcendentium duarum filiarum, quas mater inſtituerat, ut corruat ex præteritione ignoranter facta de altera filia jam nata, & quam in fortioribus terminis mater præterierat impropriè, quia nempè illam inſtituerat in quibuſdam bonis alienis, quæ ſua ex errore credebat, firmavit *Rota in Romana fideicommiſſi de Agazariis* 12. *Decembris* 1644. *coram Peutingerio confirmata* 19. *Iunii* 1647. *coram eodem*; Quod etiam non obſtante claulula codicillari, dixit *Rota in Romana de Mareſcottis* 18. *Maii* 1646. *coram Ghislerio impreſſ. deciſ.* 405. *par.* 9. *recent.* per quas deciſiones tolli videtur ea limitatio, quæ per DD. tradi ſolet, majuſque obſtaculum in præſenti caſu præ-
4 ſtare videbatur ubi ſcilicèt agitur de gravamine injuncto aliis ejuſdem teſtatoris filiis quia ſi gravavit natos & cognitos non odioſos nec delinquentes, multòmagis cenſetur gravare voluiſſe alios ignotos, & veriſimiliter minùs dilectos, ut infrà, dum in caſu dictarum deciſionum agebatur de iſto caſu ad amuſſim.

Quamvis autem in gratiam requirentium nimium placeret, quod hæc de jure ſubſtineri poſſent utpotè reſpicientia eorundem dilectorum requirentium favorem; Omnibus tamen maturè penſatis, magnam contrà præmiſſa ſentiebam difficultatem, veriuſque cenſui fideicommiſſum cenſeri repetitum, ſivè quod pro eo ſubſtinendo intraret diſpoſitio dicti text. *in auth. ex cauſa C. de liber. præter.*

Licèt enim *Fulgoſ.* ac cæteri dubitaverint, an diſpoſitio *d. Auth.* intret ſolùm in legatis & fideicommiſſis particularibus, non autem in univer-
5 ſalibus tanquàm ſpeciem univerſalis inſtitutionis ſapientibus; Attamen hæc opinio paſſim eſt reprobata, communique ferè omnium voto recepta eſt contraria, ut ità procedat in legatis & fideicommiſſis particularibus, ac univerſalibus, dum text. indefinitè loquitur non diſtinguendo particularia ab univerſalibus, & multòmagis ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, ut firmant *Bart. in eadem auth. num.* 16. *in fine, Alex. num* 8. *Iaſ. num.* 6. *in fine*, plenè *Cagnol. num* 104. *& ſequ. Curt. iun. num.* 54 *in fine*, ubi licèt *Bart.* opinionem dicat duram & mirabilem, ab ea tamen monet in judicando non eſſe recedendum *benè Faber. in C. lib.* 6. *tit.* 17. *de Codic. definit.* 9. cum aliis, quibus infrà, cum videatur pariter propoſitio certa.

Qua poſita, quamvis vera ſit regula ſuperius conſtituta, ut neque diſpoſitio dictæ Authenticæ intret, neque clauſula codicillaris operativa ſit, quoties agitur de præteritione ignoranter facta, ex ratione deficientis voluntatis teſtatoris deducta ex ratione textus *in l. ſi unquàm Cod. de revoc. do-nat.* Communi tamen omnium voto dicta regula limitationem recipit, ubi veriſimilis defuncti voluntas diſponentis, quod ſi filios præteritos habere ſciviſſet, adhùc idem diſpoſuiſſet; Dictæ veriſimilitudinis argumentum deducitur, ubi gravamen non eſt injunctum extraneo, ſed uni ex pluribus ejuſdem teſtatoris filis, quia ſi cognitos gravavit, multòmagis gravaſſet naſcituros & incognitos, quoties gravaminis cauſa non oritur ex odio vel delicto, ſeù alia particulari circumſtantia, quæ naſcituris non conveniat, ut generaliter in terminis legatorum *Bald. in l. Titia teſtamento final. ff. de liber. & poſth.* atque per eadem verba itaùt unus ferè ab alio tranſcripſerit *Angel. in d. num. pariter finali*, *Aretin.* qui materiam hujus Authenticæ ſatis doctè examinat *num* 6. *Bart. conſ. ... in fine lib.* 1. *Iaſ. in d. auth. ex cauſa num.* 6. *Curt. ... 49. & conſ.* 158. *num.* 36. *in fine lib.* 2. *& conſ. ... numer.* 11. *eodem lib.* 2. *Bertran conſ.* 225. *nu.* 2. *lib. ... par.* 1. *Tiraquell. in l. ſi unquàm in præfat. nu. ...* verbo *omnia vel partem num.* 25. *Maſcard. de prob. concluſ.* 1281. *nu.* 156

Et in terminis fideicommiſſi univerſalis, ... ex diſpoſitione *d. auth.* ſive ex clauſula codicillari *Corn conſ* 54. *num.* 4. *volum.* 3. *Bertran. conſ. ... num.* 18. *lib.* 3. *Puteus deciſ.* 234. *lib.* 2. *aliàs ... dem lib.* 2. *in correct.* de qua deciſione facit ... mentionem *Theſaur. jun. d. lib.* 2. *qu. Forenſ.* 70. ... 2. *Cancer. lib* 1. *variar cap.* 4 *de teſtam. num ...* ubi conſideratur diſtinctio, an gravamen ... filio vel extraneo adjectum ſit, Et cum quo ... ſuppoſito ſemper procedit *doctiſſimus Faber in ... Cod. de jure codicillorum defin.* 1. *cum pluribus ...* cæteri *apud Fuſar. quæſt.* 569. *num* 20. ... etiam opinionem recepit *Rota in Romana fideicom. de Iuſtis* 15. *Martii* 1646. *coram Meltio* §. ... *gis*, quidquid fortè non adeò bene ... derata dictum ſit *in d. Romana fideicom. de Agaza-riis coram Peutingero*, in qua cauſa Ego ... anno 1650. pro veritate conſulius dixi ... de dictis deciſionibus, proindeque obtinendi ... ſului concordiam jam ſequutam, quoniam ... rum, viribus dubitari poterat.

Eoque magis hanc ſententiam veram ... ſtante altera circumſtantia, quod teſtator poſt conditum teſtamentum, mutato ſtatu, quia ſecundam uxorem duxit, pluribuſque filiis procreatis ſupervixit per notabile tempus, in quo teſtamentum mutare potuit, ſed non mutavit, ... rum, quod eamdem diſpoſitionem ... ordinatam, in omnibus pariformiter ſervari ... luit ex deductis per *Puteum d. deciſ.* 234. ... *lib.* 2. *Theſaur. jun. d. q.* 70. *lib.* 2. & alios apud *Fu-* 10
ſar. d. q. 569. *num* 23. Licèt enim aſſumere ... rim decidendam quæſtionem, an hæc ſola circumſtantia ſit apta ad revalidandum teſtamentum quod ex præteritione eſt nullum, de qua latè *Theſaur. iun. ubi ſupra*; Attamen dicebam ex omnium ... ſenſu eam eſſe ſatis operativam atque conſiderabilem, quando cum aliis concurrit, maximè ubi ... ratio inæqualitatis inter filios, vel odibilitatis ... gravandi ad favorem extranei minùs dilecti.

Et quod me ſatis movebat ad id firmiter ... dendum, erat favor agnationis enixè per teſtatorem contemplatæ; Ubi enim agitur de fideicommiſſo, quod filiis jam natis teſtator abſque alia ... adjecit, dici fortè poſſet id feciſſe, vel quia ... rum malos mores expertus, voluit ità eorum ... pationes compeſcere, quæ ratio filio primo ...

trimonii inſtituto adaptari non poterat, quoniam erat in pupillari ætate conſtitutus; Vel quia filiorum illius primi matrimonii proximiores ex materno latere forſan conjunctos odio haberet, ac nollet legitimos ab inteſtato ſuorum bonorum ſucceſſores, quod pariter incertum erat, an in facto aſſeri poſſet, itaùt hujuſmodi rationes aliis filiis ex diverſa uxore poſtmodùm ſuſceptis non convenirent.

Clarius verò quia ſatis liquidò conſtare videba-
9 tur teſtatorem dictum fideicommiſſum in univerſa ejus deſcendentia & poſt illam defectam in transverſalibus atque his deficientibus in familia ſibi benevola perpetuò ordinare voluiſſe pro ſubſtentatione & conſervatione ejus familiæ & agnationis de Piateſiis, tam veræ, quàm fictæ, quo caſu inſtitutis etiam agnatis collateralibus intrare diſpoſitionem *Authentica ex cauſa*, ſivè clauſulam codicillarem etiam in caſu præteritionis ignoranter, ſatis benè in caſu quo ageretur de filiabus præteritis poſteà natis firmatur apud *Theſaur. jun. d. lib. 2. qu* Forenſ. 70. *num.* 6. ubi ſic refertur deciſum, & conferunt *Corn. conſ. 4. vol. 3. num. 3.* Tiraquell. *in d. l. ſi unquàm* verbo *omnia numer. 28. & Mangil. de imput. quaſt.* 107. *num.* 5.

Atque agnationis contemplationem habitam eſſe etiam in caſu vocationis illorum de Bolognettis ſatis clarè teſtator explicat, & de jure ſubintelligi plenè aliis allegatis firmatur *in Bonon. fideis. de Barberiis 5. Decembris 1650. coram Corrado, dec. 95. par. 11. rec. de qua ſupra diſcur.* 29. & in aliis, dum eſt propoſitio hodie plana, ut pluries in præcedentibus.

Dictam tamen fideicommiſſi repetitionem ſeù ſubſiſtentiam cenſui abſque dubio veram, retento tamen eodem themate ſeù ordine per teſtatorem in filio inſtituto tento, ad favorem ſcilicèt utriuſque univerſæ lineæ & deſcendentiæ maſculinæ, itaut, non niſi in iſtarum defectum alii ſubſtituti veniant, cum ſic omnia præmiſſa ſuaderent.

Eſt benè verum quod irrationabilis videbatur hæc diſpoſitio, quatenùs ex iſtis filiis vel eorum deſcendentibus maſculis ſupereſſent fœminæ procreaturæ filios maſculos, quos licèt de aliena familia, rationabilius eſt uti de ſanguine directo teſtatoris familiam aſſumere & renovare, quàm prorsùs extraneos, ſed conſuetum eſt vitium teſtatorum Bononienſium ſeù verius illorum Notariorum ad iſtos caſus non cogitare, dictaque abſurda in eorum diſpoſitionibus inducere, ut *dicto diſc. 29. & 30.*

Et licèt his caſibus crederem juſtè prætendi poſſe ſuppletionem à judice ex veriſimili teſtatoris voluntate faciendam, quaſiquod minus ſcriptum ſeù cogitatum quàm dictum vel volitum juxtà termi-
10 nos textus *in l.* Titius § *Lucius, ubi* DD. *ff. de liber. & poſth. l. mulier in princip. ff. ad trebell. cum concordan.* per *Mantic de conject. lib. 3. tit. 19. poſt num. 8. 15. & 16. Fuſar. q. 458. num. 22. & 24. & quaſt. 460. num. 28. cum ſequen. & num. 32. Maſcard. de probat. concluſ. 1136. num. 8. cum ſequen & num. 16. cum ſequen.* Attamen Rota Romana mordicus profitetur litteram ſequi, atque abſurda non curare ut conſtat *ex d. Bononien fideic. de* Barberiis & alia *Bonon. de Amorinis, 29. & 30.* niſi ſuffragentur deducta in alia *Bononien. diſc. 31.*

PERUSINA
ERECTIONIS CANONICATVS

PRO

LUDOVICO FERRETTO, & CONSORTIBUS

CVM

SOCIETATE SACRI ANULI, & LUDOVICO BENNIO.

Caſus deciſus per Rotam pro Ferretto.

De fideicommiſſo fiduciario, collato ſcilicèt ad fiduciam, ac declatationem hæredis inſtituti, vel alterius, ut reſtitutio fieret ei quem teſtator ſibi communicavit ad materiam text. *in l. Theopompus ff. de dote præleg.* Et quid fiduciario plures diverſas declarationes faciente.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutiones cauſæ.*
3 *Perfecta donatio revocari vel alterari non poteſt.*
4 *Facta nominatione, vel electione, an liceat variare.*
5 *Quod concluſiones, de quibus num. 3. & 4. non intrent in caſu, & quando procedat ea, de qua num. 4.*
6 *Quales ſint proprii termini controverſitæ* ex l. Theopompus ff. de dote prælegat.
7 *An fiduciarius, cui teſtator commiſit ſuam voluntatem declarandam dicatur arbiter, vel teſtis.*
8 *Dolus, vel ſeductio non præſumitur, ſed per allegantem debet probari concludenter.*
9 *Quod fiduciarius dicatur teſtis, ideoque ejus declaratio debeat eſſe cum juramento, aliàs non attendatur.*
10 *Vt iſta concluſio non ità rigorosè procedat.*
11 *Iuramentum debet præſtari in ea forma, qua præſtatur per teſtem. ſed reijcitur.*
12 *Atteſtationes non juratæ probant ex adminiculis, & fortius ſi atteſtans eſt mortuus.*
13 *Quid referat dictam declarationem eſſe juratam necnè.*
14 *De motivo, ex quo reſolutiones placent.*
15 *Quid requiratur, ut fiduciarii declarationi deferatur.*
16 *Recenſentur conjecturæ, & adminicula reddentia declarationem minus fide dignam.*
17 *Si voluntas commiſſa eſt duobus inter ſe diſcrepantibus, cui magis deferri debeat, vel neutri.*